

## Band II., Nr. 387, Seite 153-154

*Bischof Otto (II.) von Konstanz bestätigt einen Vergleich des Klosters St. Blasien mit der Kirche in Tegernau über gewisse Zehnten in Schönau, und ebenso die Rechte desselben an verschiedenen genannten Kirchen und Kirchenzehnten.*

St. Blasien, 1166. November 1.

Otto, dei gratia Constantiensis ecclesie humilis minister, venerabili fratri, G. abbati monasterii sancti Blasii, suisque fratribus in perpetuum. Iustis religiosorum petitionibus clementer annuere et eorum quieti ac utilitati omnimodis providere, ad presentis vite tranquillitatem obtinendam et future beatitudinem perpetuo nobis possidendam credimus proficere. Inde est quod venerabilis viri Guntheri abbatis fratrumque suorum precibus inclinati, presenti pagine necessarium duximus inserere, qualiter litigium, quod inter ipsos et ecclesiam Tegirnowe de decimis quibusdam in loco Scōnowa dicto diu agitabatur, diremptum sit, ut rerum preteritarum memorias successura noscat posteritas. Habita, ut dictum est, longa inter cenobium sancti Blasii et prefatam ecclesiam pro decimis illis contentione ad hoc tandem ventum est, quod in publico placito Varnowa, in quo pro diversitatibus causarum multi confluerant, presentibus Bertholdo duce, advocato iam dicti monasterii, et Henrico, advocato ecclesie Tegirnowe, et Guntrammo sacerdote, prestito utrobique iuramento super utriusque ecclesie emolumento, tali consilio lis decisa est: ut predium quoddam apud Ledinchouin<sup>1</sup> et octo libre Basiliensis monetę ecclesię Tegirnowa a predictis fratribus traderentur; sicque omnis illa controversia sopita est. Hanc compositionem tam rationabiliter factam, nos quoque ratam habentes, presentis scripti pagina communivimus, et, ut robur perpetuitatis obtineat, imaginis nostre inpressione signari iussimus, statuentes, ut ecclesia cum omnibus decimis, que in eadem valle de predio supradicti monasterii persolvuntur, usibus fratrum supra memoratorum omnimodis reddantur. Ad hec adicientes, auctoritate dei omnipotentis nobisque ab ipso collata, decernimus, ut ecclesię in Berowa et Hachinswanda, sicut ab antecessoribus nostris Constantiensis ecclesię presulibus, beatę recordationis Gebehardo, Ödalrico, Hermanno eis concessę sunt, in omni administratione temporali ac spiritali eorum gubernationi ac regimini perpetuo subiaceant. His quoque necessarium duximus annectere de quibusdam ecclesiis, in quibus supradictum cenobium dimidietatem decimarum a fundatoribus eis antiquitus concessam habere dinoscuntur, quas propriis nominibus hic distinguere curavimus: Frichingin,

<sup>1</sup>Unermittelt.

## II

Chilchtorf, Sneisanc<sup>2</sup>, Nallingin, Omingin<sup>3</sup>, Nuchilcha<sup>4</sup>, Batimaringin, Wilare<sup>5</sup>, Rotwile, Stallinchouin, Imindingin. Neque supersedendum est de ecclesia Gerisbac, quam nobilis homo Chönradius de Hussinchilcha, hereditario iure ad se, sicut in publico capitulo Constantię coram nobis legittime contestatus est, transmissam, supra memorato cenobio contulit, quin ipsam sicut et ceteras, que iuris eorum sunt, ipsis confirmemus. Si qua igitur in posterum spiritalis secularisque persona, hanc nostrę confirmationis paginam sciens, temere eam infringere presumpserit, et de omnibus supradictis quicquam auferre, minuere, vel aliquo malo ingenio iusticiam eorum cassare temptaverit, aliena a corpore et sanguine Christi existat, et in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus in presenti vita fructum bonę actionis inveniant et in futura ęternę beatitudinis premia percipiant.<br> <br> Data<sup>a</sup> in cenobio sancti Blasii in kalendis Novembris, anno ab incarnatione domini millesimo CLXVI., indictione XIII., regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Friderico, anno regni eius XIII., imperii XI. Testes huic confirmationi intererant: Bertholdus, maioris ecclesię Constantiensis prepositus. Heinricus, sancti Stephani prepositus. Fridericus, Constantiensis ecclesię canonicus et archidiaconus. Eberhardus, Podamensis ecclesię sacerdos et archipresbyter. Hugo, capellanus episcopi, et alii quam plures.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Am unteren Rand der Urkunde ist ein länglich-rundes Wachssiegel aufgedrückt. Die Umschrift steht auf dem erhöhten Siegelrand.

---

<sup>a</sup>Die Orts- und Zeitangaben von *Data* bis *imperii IX.* sind in kleinen Unzialen geschrieben.

<sup>2</sup>Ober- und Unterschneisingen.

<sup>3</sup>Emmingen, Emmingen-Liptingen, TUT oder Hochemmingen, Bad Dürrheim, VS.

<sup>4</sup>Vermutlich Neukirch, Rottweil, RW, nicht Neunkirch, Kt. Schaffhausen, Schweiz.

<sup>5</sup>Nicht genau zu bestimmen.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

GLA Karlsruhe

### Signatur/Titel des Originals:

C 51

### Editionen:

MARQUARD HERRGOTT: *Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae*, 3 Bde., Wien 1737, S. 185, Nr. 237 (gekürzt). JAKOB ESCHER, PAUL SCHWEIZER (BEARB.): *Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich*, hrsg. Von einer Kommission der antiquarischen Gesellschaft in Zürich, Reihe 1: 13 Bde., Zürich 1888-1957, Bd. 1, S. 198 f., Nr. 318. JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): *Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299*, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 284–286, Nr. 214.

### Regesten:

CARL GEORGE DÜMGÉ: *Regesta Badensia. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür*, S. 52. PAUL LADEWIG (HRSG.): *Regesta episcoporum Constantiensium: Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanz von Bubulcus bis Thomas Berlower 517-1496*, hrsg. Von der Badischen Kommission, 5 Bde., Innsbruck 1895-1941, Bd. 1, S. 112, Nr. 1006. ERNST HERMANN JOSEPH MÜNCH (HRSG.): *Geschichte des Hauses und Landes Fürstenberg: aus Urkunden und besten Quellen*, 4 Bde., Aachen und Leipzig 1829-47, Bd. 5, S. 61, Nr. 98. *Hidber: Schweizerisches Urkundenregister*, Nr. 2224. *Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen im Generallandesarchiv Karlsruhe*, bearb. im Auftrag der Rechtsquellenstiftung des Schweizerischen Juristenvereins sowie des Kuratoriums zur Erschließung schweizergeschichtlicher Quellen in Ausländischen Archive, Abt. 1, Bd. 1, S. 16, Nr. 91.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

St. Blasien

### Siegler:

Der Aussteller [im Text nicht angekündigt].

### Ortsindex:

Berau Wohnplatz (15788)<br> Berau, Ühlingen-Birkendorf, WT<br> Bettmaringen Wohnplatz (15616)<br> Bettmaringen, Stühlingen, WT<br> Bodman Wohnplatz (14778)<br> Bodman, Bodman-Ludwigshafen, KN<br> Emmingen Wohnplatz (14229)<br> Emmingen, Emmingen-Liptingen, TUT<br> Fahrnau Wohnplatz (15000)<br> Fahrnau, Schopfheim, LÖ<br> Frickingen Wohnplatz (17832)<br> Frickingen, FN<br> Gersbach Wohnplatz (15002)<br> Gersbach, Schopfheim, LÖ<br> Hochemmingen Wohnplatz (12836)<br> Hochemmingen, Bad Dürkheim, VS<br> Hoßkirch Wohnplatz (19475)<br> Hoßkirch, RV<br> Höchenschwand Wohnplatz (15430)<br> Höchenschwand, WT<br> Immendingen Wohnplatz (14094)<br> Immendingen, TUT<br> Kirchdorf, Obersiggenthal, Kt. Aargau, Schweiz<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Ledinchouin<br> Nellingen Wohnplatz (545)<br> Nellingen, Ostfildern, ES<br> Neukirch Wohnplatz (12411)<br> Neukirch, Rottweil, RW<br> Neunkirch, Kt. Schaffhausen, Schweiz<br> Niederrotweil Wohnplatz (9541)<br> Niederrotweil, Vogtsburg im Kaiserstuhl, FR<br> Oberschneisingen, Schneisingen, Kt. Aargau, Schweiz<br> Schönau im Schwarzwald Wohnplatz (14987)<br> Schönau im Schwarzwald, LÖ<br> St. Blasien Wohnplatz (15605)<br> St. Blasien, WT<br> Stallikon, Kt. Zürich, Schweiz<br> Tegernau : Kleines Wiesental LÖ<br> Tegernau Wohnplatz (15238)<br> Unterschneisingen, Schneisingen, Kt. Aargau, Schweiz